

3676 [= 2579] Miseni sub monte Procidae rep. m. Maio a. 1842 BONVCCI in actis musei. Inde ab a. 1846 Neapoli in museo.

D · M ·
M ANTONI · IVLI
ANI AVGVSTALI
I M M V N · M I S E N
5 I T E M · AVGVST · CVM
ADLECT · TRIB · PALAT
VIXIT · ANN · XXV ·
M X D V · VAL · REDEMP T M T

Descripti et recognovi. Ego *Berichte der sächs. Ges. der Wiss.* 1850 p. 236; Fiorelli *giornale degli scavi, proemio* (1854) p. XXXIX, cat. n. 482 (cf. p. 208). Henzen 6422.

3677 [= 2580] rep. et adservata cum praecedenti.

D · M ·
VALERIAE · REDEM
PTAE · T · AELIVS ·
AELIANVS · MATRI ·
5 PIENTISSIMAE ·

Descripti et recognovi. Ego ed. cum n. 3676; Fiorelli cat. n. 477 (cf. p. 208).

3679 [= 2577] rep. a. 1823 *al Mercato di Sabato* in agro Cumano; deinde apud Iorium. Nunc in museo Neapolitano.

D · M ·
C · IVLII · C · F · CL · HEGEMONIS
ADLEC · IN · ORDIN · DECVR
MISENI · VIX · AN · V · M · VI · D · VI
5 C · IVLIVS · HEGEMON · ET
CASSIA · VRBANA · FILIO
DVLCISSIMO

Descripti et recognovi. Carcani *mem. dell' Acc. Erc.* II, 417; Fiorelli cat. n. 478. Henzen 7003.

3680 [= 2573] Miseno tribui cum propter locum ubi reperta est tum propter tribum Claudiam. Rep. in promunturio Miseni, postea Neapoli in hortis principis Cellamarii VIGN. Ibi hodie non extat.

D · M ·
D · IVNIO · D · F · CLAV
CERTO · SACERDOTI
ET · ARVSPICI · PVBLICO
5 EX · GENERE · SACERDO
TVM · CREATO · FRA
TRI · PIENTISSIMO

Rondinellius apud Vignolium p. 305 (inde Mur. 171, 8; Gori I. E. t. III p. 97). Orelli 2299.

3681 [= 2574] Puteolis rep., vidi apud mercatorem Neapolitanum Raph. Baronem.

D · M ·
D · IVNIO · D · F
QVAD · CERTO
SACERDOTI · ET
5 ARVSPICI · PVBLICO
NEPOTES · PIENTISSIMI

Descripti. Henzen 5959 ex ed. 1.

3 QVAD videtur esse error fabrilis pro CLAVD, vide n. 3680.

3678 [= 2575] rep. Miseni 9/14 Apr. 1773 una cum n. 1884. 3344 COD. X. C. 79. Est Neapoli in museo.

Ṫ · Ḟ L · A V I T O
FORENSI & Ḟ
VIR · ITER · Ḟ Ḟ · OMNIB ·
MVNERIB · FVNCTO · HIC ·
5 IDEM · AD LAVACRVM · BAL
NEAR · PVBLICAR · LIGNI ·
DVRI · VEHE · Ḟ · CCCC · EN
THECAE · NOMINE · IN PER
PETVVM · OBTVLIT · ITA ·
10 TAMEN · VT · MAGISTRATVVS · sic
QVOD · ANNIS · SVCCESORIB ·
SVIS · TRADANT · · FILIO &
· T · FL · AVITI · V · E · PATRON · COL ·
· ORDO · ET · POPVL · MISENAT ·

Descripti et recognovi. Cod. Neap. X. C. 79; Scotti *diss. di Miseno e Cuma* p. 14; Lupoli *inscr. Corf.* ed. 1 p. 124, ed. 2 p. 229; Romanelli *viaggio* II p. 206; Ant. Giordano Fratta *maggiore* (1834) p. 49; Corcia *storia* II, 152; Fiorelli cat. n. 473. Orelli 3772.

Entbeca est dos vel peculium praedii, id est praestatio quaedam cum praedio in perpetuum coniuncta. Cf. Gothofredus ad C. Th. 15, 1, 12.

XLIV. CVMAE (Cuma).

Κύμην Graece, Cumas apud Latinos, Graeci omnium primam in continenti Italiae (nam insulas Aenariam et Pitheccusas ante eos occupavisse ait Livius 8, 22, 6) coloniam condiderunt. Condidisse feruntur Cymaei ex Asia minore et Chalcidenses ex Euboea ea condicione, ut ab alteris nomen ferret, alterorum colonia haberetur (Strab. 5, 4, 4 p. 243; Vellei. 1, 4 al.). Splendida urbis initia, quorum testes praeter auctores supersunt nummi copiosissimi pulcherrimique, hoc loco non sunt persequenda. Posteriore tempore Neapolis a Cumanis condita matrem urbem sua potentia longe superavit. Anno u. c. 326 (secundum Diodorum 12, 76; u. c. 334 secundum Livium) Cumas, quam Graeci tum urbem tenebant, Campani, scilicet Samnites ceperunt (Liv. 4, 44) adeoque veteres cives expulerunt; nam apud Dionysium 15, 6 Samnites a. 428 Neapolitanis pollicentur Κύμην τ' ἀνασώσειν, ἣν δευτέρα γενεᾷ πρότερον ἐξέλασαντες τοὺς Κομαίους Καμπανοὶ κατέσχον, καὶ συγκατάξιν ἐπὶ τὰ σφέτερα τοὺς περιόντας ἔτι Κομαίων, οὓς οἱ Νεαπολίται τῆς πατρίδος ἐκπεσόντας ὑπεδέξαντο καὶ πάντων ἐποίησαντο κοινωνοὺς τῶν ἰδίων ἀγαθῶν. Ita factum est, ut Cumani deinde Osce potius quam Graece loquerentur, quod

testantur Velleius (1, 4: *Cumanos Osca mutavit vicina*) itemque tituli Osce scripti reperti in agro Cumano (Corssen *epigraph.* 2 p. 164. 165); eodemque item referemus, quod Cumani nummos percutere mature desierunt extantque eorum neque drachmae formae recentioris (v. *röm. Münzwesen* p. 115) neque nummi aenei ulli (l. c. p. 117). Sed tamen Strabo 5, 4, 3 p. 243: ὁμῶς δ' οὖν, inquit, ἔτι σώζεται πολλὰ ἔχνη τοῦ Ἑλληνικοῦ κόσμου καὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν νομίμων. — Romani cum Campaniam invasissent, id ipsum ius, quo Campanos esse voluerunt, id est civitatem sine suffragio, ut aliis oppidis vicinis ita iam a. 416 Cumanis quoque tribuerunt (Liv. 8, 14), quique magistratus deinceps iuris in Campania dicendi causa Roma mittebantur, ab duabus hisce urbibus sollemni nomine nuncupabantur *praefecti Capuam Cumas* (cf. Festus s. v. praefecturae p. 233; *Staatsrecht* 22, 593). Samnites Palaeopolitanos si recte supra (p. 170) docuimus ipsos Cumanos esse, tam Cumani quam Neapolitani a. 428 auxilio Samnitium freti bellum contra Romanos susceperunt; sed mox devicti ad fidem redierunt. Bello Hannibalico cum Campani a Romanis descivissent, Cumani in fide perstiterunt (cf.